

tes siue euocatoriae, quibus vasalli vel generaliter vel speciatim per praefecturas, ad seruitia exhibenda conuocantur.⁶⁾ Et ita quidem, [p. 413.] quantum ad regulam. Exceptiones sunt:

1) Nisi subitaneum et praesentissimum periculum domino immineat.⁷⁾

2) Nisi seruitia ad certum anni tempus debeantur,

3) Vel certum officium ex indole feudi praestandum sit. His enim casibus vasallus etiam non vocatus seruire tenetur.⁸⁾

CAPVT XIX.

DE

CONTRACTIBVS CIRCA FEVDVM INIRE LICITIS VEL NON.

DISTINCTIO I.

Inter dispositionem vasalli circa ipsum feudum, & circa fructus feudi.

Ante omnia notanda est haec distinctio in doctrina hac de contractibus, circa feudum Ff 4 inire

6) Ge. BEYER in *delin. iur. feud.* cap. 8. pos. 26. not. c., et in VOLCKMANNO emendato, Part. I. cap. 31. num. 16. 17. et Jo. Ge. CRAMER de *iure Ppum et procerum Germ.* seruitia aulica exigendi a vasallis nobilibus, §. 12. MOEL.

7) II. Feud. 24. §. 2.; II. Feud. 26. §. 16. et II. Feud. 28. §. 1. MOEL.

8) Conferas, quae diximus ad Dist. 3. hui. cap.; Ge. Ad. STRVVIUM in *syntagm. iur. feud.* cap. XI. §. vlt.;